

2712. n

CONSOLATORIVM,

ad

Admodum Reverendum & Amplissimum

VIRUM,

DN. D. JACOBUM

FABRICIUM,

Obitum,

BOGISLAI FABRICII,

Filii ex tribus unici paternè si-

mul & piè lugentem,

scriptum

à

Genero Obsequentissimo

M. LUDOVICO JACOBI,

Archidiac. Stet. ad D. Jac.

STETINI,

Typis GEORGII GOETSCHII, Pædag. Reg. Typ.

1651

588 15



Um & me, Venerande Dne Pa-  
rens, communis hic familia nostre lu-  
Etus non parum tangat, & prematu-  
rus nuper nostri, cheu! & tui BOGIS-  
LAI excruciet obitus (novi enim & ego  
ante quadriennium Pater unica & lepidissima filia à  
minori ad majus, & sic à meò ad tuum concludere  
cordolium) æquum esse duxi, ut & ego JACOBI  
filius nunc minimus, hoc quali quali consolatorio ti-  
bi adsurgerem, non, quod verbis considerem meis,  
sed, quod filialis id requirere videretur obser-  
vantia, & vel sic meum ex percepta tua constan-  
tia non minus theològica quàm Christiana aliis con-  
staret gaudium. Optimè enim illud didicisti Pauli-  
num, Εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ ὤρακαλὼν ἡμᾶς ἵπὶ πάσῃ τῇ θλίψῃ  
ἡμῶν: εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς ὠρακαλεῖν τὴν ἐν πάσῃ θλίψῃ, διὰ  
τῆς ὠρακλήσεως, ἥς ὠρακαλέμεθα ἀπὸ τῶ θεῶ. & verum:  
πεπληρωμαί τῃ ὠρακλήσῃ, ὡς ἐπεπεριόειουμαι τῇ χαρᾷ ἵπὶ πά-  
σῃ τῇ θλίψῃ ἡμῶν: quod, quam masculè testatum de-  
deris, fatebuntur mecum à primo tristis hujus nun-  
tii momento spectatores, MICRÆLIUS & FA-  
BRICIUS, Conveneramus, sic inito consilio, te

Paren-

ST 897  
W 5318858

Parentem ex Consistorio vix reducem, rerum omni-  
um ignarū, & filio eheu! unico orbatum, convenera-  
mus, inquam, te consolari, & si opus foret, erigere: &  
ecce, rem ubi resciveras, statim in Preces cum Jobo,  
in gaudium cum Paulo prorumpebas, longè aliter  
de Jacob Patriarcha, cujus solatium & filii & filia  
frustrà attentabant: Matrem & Filias à tuo abesse  
jubebamus conspectu, & tuillarum presentiam men-  
te & manu postulabas, ferebas, subleabas, certus,  
Filium tuum esse in manu Dei, ex quà ipsum, (tua  
sunt verba) nec diabolus, nec Papa vel Hi-  
spanus aliquis eripere potest. Hec & alia fa-  
ctor mihi lacrymas elicuere largissimas, & de tua im-  
posterum gloriosâ patientia & constantia me abundè  
confirmarunt. Sic itaque est, Ven. Parens, incer-  
tis vagamur sedibus, speramus meliora & omnia ru-  
unt in deterius: de illis nihil sentit noster *maxe'mc*  
**BOGISLAVS**. Pie, quod mecum norunt omnes,  
vixit, modestè se gessit, in literis haut vul-  
garis, tibi & matri obediens, sororibus &  
affinibus nunquam molestus, ad finem con-  
stans, nunc & æternum beatus, verbò, tanti  
Parentis haut degener filius. De quibus omni-  
bus Tibi, Matri, Nobis & filio ex animò gratulor,  
& ut familia nostra imposterum melius sit & eve-  
niat,

niat, inq, eâ vobis præsertim Parentibus pientissimis, quotidie apud Deum deprecabor; interea,

O dilecte Deo, BOGSLAE, Parentibus atq;

O dilecte tuis, omnibus atq; bonis;

Mactet tuis rebus, LUTHERO junctus in astris,

Junctus ut in terrâ es, quæ VITTEBERGA patet.

*Stetini ex museô d. 20. Nov. 1651.*



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**